

teral entsteht. Deshalb zog ich auch in meiner öfter schon citirten Dissertation (S. 28) aus der entwicklungsgeschichtlichen Beobachtung, dass der Nucellus bei *Primula* lateral entsteht, keinen Schluss auf eine morphologische Deutung. Was aber das entwicklungsgeschichtliche Resultat selbst angeht, so behaupte ich auch hier wiederum mit Warming [De l'ovule. Ann. d. sc. nat. VI. sér. vol. V. p. 227), dass es Fälle giebt, in denen der Nucellus normaliter lateral entsteht, und zu diesen gehört eben auch *Primula*. Dass wir im Nucellus bei *Primula* nicht die durch Druck seitlich abgelenkte Spitze zu suchen haben, ist von mir schon in meiner Diss. erwähnt worden (S. 28); und dass die dorsale Seite nicht durch überwiegendes Wachstum den Nucellus aus der terminalen Lage in die laterale drängt, geht schon daraus hervor, dass Nucellus und Integumente sich genau gleichzeitig (S. 14) mit derselben Wachstumsintensität erheben, und zwar der Nucellus gleich von Anfang an in einer um etwa 50 Grad gegen die Wachstumsaxe des Ovularhöckers geneigten Richtung.

Die dankenswerthen Untersuchungen an *Scrophularia* von Dr. Penzig (Flora 1882 Nr. 3) haben durch Čelakovský in der Arbeit über *Aquilegia* eine eingehende Kritik erfahren. Auch ich habe mich in meiner oben citirten Arbeit in einem Punkte gegen Penzig gewandt, insofern er die Gebilde der Figg. 84 und 90 und die mit mehr oder weniger vergrüneten Ovulis verwachsenen, entsprechenden Gebilde der Figg. 82, 83, 85, 87 und 88 als Aequivalente der ganzen Ovula betrachtet. Andere Fälle habe ich an der betreffenden Stelle nicht gemeint.

Dr. Ferd. Pax.

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

### XV.

(Fortsetzung.)

410. *Parmelia perlata* Ach. v. *platyloba* Müll. Arg. Habitus ut in *P. latissima* sed thallus magis glauco-albescens, amplus, latilobus, subtus glaber v. fere undique glaber, supra praesertim in medio thalli isidioideus, apothecia (rarissima) margine primum integra, acuta, extus laevia v. demum minute et parce tuberculata;

sporae 12—16  $\mu$  longae. — Est latissime dispersa et saepissime sterilis et tum facillime pro *P. latissima* Müll. Arg. L. B. ad n. 90 habenda. — In Nova Hollandia ad Illawarra; Kirton n. 2 (c. fr.), in Japonia: Dr. Brauns n. 5, in insula Socotra: Dr. Schweinfurth, in Africa centrali: Pechuel, et dein in America calidiore, Brasilia, Antillis, Mexico.

Obs. Fructificatione praecedentis (n. 410) cognita nunc etiam mea *Parmelia praetervisa* L. B. n. 190 (quae similiter subtus glabra v. subglabra) ad ejusdem speciei varietatem reducenda est: sit *P. perlata* v. *praetervisa*. A var. *platyloba* tantum in eo differt quod apothecia dorso asperrima, sc. quod superficies isidiosa thalli hic etiam in dorso apotheciorum obvia. Thallus caeterum magis argillaceus est, at hoc vix ullius momenti taxandum. — Praeter specimina javanica mihi adsunt calcuttensia (ex hb. Hamp.) et Vieillardiana e Nova Caledonia (omnia fertilia et sporis convenientia). — Haec ultima a cl. Nyl. in Exposit. Lich. Nov. Caledon. p. 43 (e manu Nyl.) ad *Parmeliam perforatam*, et dein in ejusdem Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 18 ad *P. olivetorum* relata fuit. — *P. perlata* v. *isidiophora* Krphl. Lich. exot. p. 321, quam copiose e tropicis et subtropicis utriusque hemisphaerii habeo, rededit thallo multo minore, non *platylobo*, subtus vestito.

411. *Parmelia relicina* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caledon. p. 43 (non Fr.), et Syn. Lich. Nov. Caled. p. 18 (fid. specim. Vieill. n. 1804 in suopte hb.) est *Parmelia limbata* Laur. in Linn. 1827 p. 39, Nyl. Syn. p. 386. — A *P. relicina* Fr. differt thallo rigidiore, laciniis magis radiatim prorepentibus, convexioribus, longe minus rotundato-sinuatis, magis opacis. Pagina inferior non est semper pallescens et defectus coronulae (imo in ipsisimis meis speciminib. ex hb. Sieberiano) disci non est constans. — Rara *P. relicina*, quam in Borbonia et prope Rio de Janeiro et Caracas lectam coram habeo, hucusque in Nova Caledonia non observata est.

412. *Parmelia relicinula* Müll. Arg. — *Parmelia relicina* Montg. et v. d. Bosch Lich. jav. p. 19, non Fr. — Proxima colore et forma partium *P. relicinae* Fr., sed omnibus partibus exterioribus minor, lacinae duplo triplove angustiores, radiatim dispositae et planae, acute v. subacute sinuosae, apothecia minora,  $1\frac{2}{3}$ — $2\frac{1}{4}$  mm. lata, magis adpressa, tenuius marginata, quoad disci peripheriam caeterum ut in comparata specie coronulata; sporae perexiguae, 3— $4\frac{1}{2}$   $\mu$  longae, in ascis angustis clavatis

octonae, globoso-ellipsoideae v. subglobosae et globosae; discus apotheciorum sat crebre atro-coronatus et receptaculum extus inferne rigide atro-strigosum. — Crescit corticola in insula Java: Jungh. et Zolling. it. secund. n. 3728 (6).

413. *Parmelia imitatrix* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 161, a diversis diverso modo nunc *P. olivaceae* Ach. nunc *P. dendriticae* Schaer. seu *P. prolivae* Nyl. adscripta, e specim. australiensi orig. Tayloriano et pulchris ad Murray-River ibidem recenter lectis et ab ill. F. v. Muell. necum communicatis vere specificè distincta et servanda est. — Thallus quidem cum *P. dendritica* fere quadrat, at lacinae magis atro-crinatae et supra demum rugoso-inaequales sunt, apothecia multo majora et longe pallidiora ut in *P. olivacea*, margine integra, subtus autem subreticulatim foveolata; sporae dein bene evolutae exiguae, tantum 7—9  $\mu$  longae et  $4\frac{1}{2}$ —6  $\mu$  latae. — Species dein quodammodo thallum et sporas (etsi paulo minores) *P. dendriticae* et apothecia *P. olivaceae* offert.

414. *Physcia ciliaris* DC. v. *glaberrima*; *Borreria ciliaris* v. *glaberrima*. Bory Morée n. 1412, habitu omnino *Physc. ciliarem* v. *angustam*, sc. *Anaptychiam ciliarem* v. *angustam* Mass. Sched. crit. p. 44 n. 40 simulans, sed lacinae et lacinulae supra undique glabrae sunt. — In insula graeca Naxos (specim. Bory in hb. Müll.); Cahirae in Aegypto venditur sub nomine Scheba pr. p., fid. specim. a cl. Dr. Schweinfurth nuperrime missi. — Haec plantula iterum originis Schebae indicium offert.

415. *Pyxine Coccoes* Nyl. Exot. Bourb. p. 255, v. *endoxantha* Müll. Arg. — Hic pertinent *Pyxine Meissneri* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 20 (non Tuck.). — Thallus intus sulphureo- v. subaurantiaco-flavicans, non sorediiger; apothecia normalia, (ab origine) nigra. — In Nova Caledonia: Vieillard n. 1829 (1865 lect.).

Cl. Nyl. in Syn. Lich. Nov. Caledon. l. c. *Pyxinem Meissneri* et *P. Coccoes* thallo intus aut flavo aut albo, cl. Krempelsh. Argent. p. 17 autem magnitudine sporarum (in *P. Coccoes*  $\frac{12-13}{4-5}$   $\mu$ , in *P. Meissneri*  $\frac{15-19}{6}$   $\mu$ ) distinguunt, sed e copiosissimis speciminibus ambo characteres dignitate specifica hic carent. In *P. Coccoes* sporae caeterum bene evolutae (non siccatione aut alia causa contractae et valde obfuscaetae, quales in hb. saepissime occurrunt) 16—19  $\mu$  longae et 6—8  $\mu$  latae sunt. Non restat ergo nisi character primitivus jam a cl. Tuckerm. (Observ. 1860 p. 400) expositus: *P. Meissneri* gaudet apotheciis jam ab origine nigris.

— Cl. Tuck. dein (in Obs. 1877 p. 166) *P. Meissneri* tantum sub *P. Cocoes* v. *Meissneri* habet.

*Pyxine Cocoes* f. *isidiophora* Müll. Arg. Thallus extus flavescens-albus, supra vage v. gregatim v. effuso-isidiiger, isidia saepe astroideo-aggregata, e globoso cylindrica, demum elongato-cylindrica et subramosa. — In insula Cuba: C. Wright n. 96 et 97, et in insula Ceylonia ubi cum speciei forma normali crescit, isidiis peculiariter elongatis et ramulosis praedita: Thwaites (haec ultima a cl. Leight. in Lich. of Ceyl. p. 165 n. 47 sub *P. Meissneri* enumerata fuit).

416. *Pyxine sorediata* Fries v. *endochrysa* Montg. et v. d. Bosch in Montgn. Sylllog. p. 345 nil est nisi ipsa *Pyxine Meissneri* Tuck. Obs. 1860 p. 400, fid. specim. a cl. Montg. inscripti in hb. lugd. batav.

417. *Pannaria prolifera* Müll. Arg. Similis *P. luridae* Nyl. sed duplo et ultra minor, tenuior, supra distanter et tenuiter plicatulo-rugosus et undique prolificando microphyllino-lobuliger, lobuli crenati, sublabelloso-reniformes, fere apothecia novella juvenilia simulantes, caesii v. livido-coerulescentes, pagina inferior nigricans, hinc inde fasciculis rhizinarum nigrarum praedita, caeterum nuda; gonidia demum seriata, ellipsoidea, sporis 4—6-plo breviora; apothecia adnato-sessilia, evoluta  $1\frac{1}{4}$  mm. lata, tumido-marginata, margo radiatim sulcatus et simul peripherice foveolato-impessus, discus fuscus; sporae in ascis octonae, circ.  $17\ \mu$  longae, ovoideo-ellipsoideae. — Apothecia crassius quam in *P. lurida* marginata et margo aliter plicatulus. Crassitie marginis et habitu fere *Physma byrsinum* simulat. — Truncicola in Nova Caledonia: cl. Vieillard.

418. *Pannaria pannosa* Nyl. (exclus. syn. Sw.) v. *erythrocardia* Müll. Arg. Thallus et apothecia ut in forma genuina speciei, sed prior intus laete coccineo-ruber. — In insula Java, corticola (hb. lugd. batav.).

419. *Parmeliella Suringari* Müll. Arg. Thallus cinereo-lividus, circ. 2-pollicaris, laxe adnatus, radiatim laciniatus, lacinae late lineares, subcontiguae, obtusae, margine incisae et crispatae, longitrorsum obtuse concavae, praesertim versus partem centalem thalli sparse isidiophorae, juniores supra distincte tomentellae, subtus coeruleo-pannosae; goninia subcoerulea; apothecia diametro 1 mm. subaequantia et minora, biatorina, sessilia, non deplanata, pallide fulvo-fusca, margine pallidiore subcarneo integro et laevi dein crassiusculo cincta; lamina hyalina; epi-

thecium fulvo-fuscescens; asci 8-spori; sporae 15—16  $\mu$  longae, 7—8  $\mu$  latae, oblongo-ovoideae, sublaeves. — Valde affinis borbonicae *Parmeliellae erythrocarpae*, s. *Pannariae erythrocarpae* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 256 (dein ab eodem in Conspect. Psorom. et Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 22 ad *Coccocarpiam* relatae), sed haec est tenuior, pallidior, subtus pallide vestita, apothecia tenuius marginata et tota tenuiora, i. e. magis subdepresso-applanata. — In insula Java, a cel. Prof. Suringar benevole missa.

420. *Parmeliella nigro-cincta* Müll. Arg. (L. B. n. 243 obs.) v. *insularis*. Hypothallus valde praedominans, effusus; thalli areolae subirregulariter orbiculares, adnatae, distanter segregatae, circ. 1 mm. latae et apothecia simulantes. Reliqua ignota. — In insula Java (hb. lugd. batav.). — Haec forte eadem est ac *Parmelia Saubineti* Montg. et v. d. Bosch. Lich. Jav. p. 23, non Montgn. in Ann. Sc. nat.

421. *Coccocarpia pellita*; *Coccocarpia molybdaea* Auct. a *parmelioides*; *Coccocarpia parmelioides* Leight. Lich. of Ceyl. p. 166; *Lecidea parmelioides* Hook. in Kunth Syn. Plant. Orb. nov. 1. p. 162; *C. molybdaea* Pers. in Gaudich. Uran. p. 206 et auct. — Thalli laciniae cuneatae, late rotundato-obtusae, crenatae v. subintegrae, non isidiigerae. Apothecia fusco-nigra. — Apothecia jam ab origine nigro-fusca v. obscure fusca sunt, at subinde in eodem thallo etiam pallidiora obscure fulvescentia v. pallide tabacina commixtim occurrunt et limites absoluti hanc inter et var. sequentem desunt. — In tropicis vulgarissima.

— —  $\beta$  *smaragdina*; *Coccocarpia smaragdina* Pers. l. c., Montg. in Ann. sc. nat. Omnia ut in praecedente, sed apothecia jam juvenilia fulva v. fulvo-fusca, tarde obfuscata et demum subinde fusco-nigricantia v. semper fusco-fulva et demum saepe magis dilatato-irregularia. — Habeo e Ceylonia pulchre (Thwaites n. 54), India orientali (ex hb. Hamp.), Florida (Courtiss), insula Cuba (C. Wright n. 105, 106), Rio de Janeiro (Glaziou n. 2029), Petropolis in prov. sebastianopolit. (Deventer) et pulcherrime e regione Apiahy in Brasilia merid. (Puiggari n. 145, 239).

— —  $\gamma$  *pamosa* Müll. Arg. Thallus et apothecia ut in var. *smaragdina*, sed hypothallus atro-coeruleus, valde prominens et ultra marginem loborum late rotundatorum productus. — Hypothallus ut in var. *genuina*. — In insula Cuba: C. Wright n. 105.

— —  $\delta$  *Cronia*; *Parmelia Cronia* Tuck. Syn. of North Amer.

Lich. p. 36. Omnia ut in forma genuina speciei, sed thallus isidiosus v. ex isidioso mox microphyllino-furfuraceus et apothecia subtus distincte v. subindistincte brevissime ciliolata. — In parte meridionali Americae septentr. (specim. ster. et fert. a cl. Willey benevole comman.)

— —  $\epsilon$  *isidiophylla* Müll. Arg. Thallus ut in forma genuina sed vulgo minor, isidioso-furfuraceus ut in var. *Cronia*, apothecia ut in var. *smaragdina*, fusca v. fulvo-fusca (rara). — Prope Rio de Janeiro (Glaziou n. 2025, c. fr.), Petropolin (Deventer, ster.), Apiahy (Puiggari n. 147 ster.), ad Caracas (Dr. Ernst n. 85), Cordoba in Mexico (Sumichrast, ster.), Orizaba (Fred. Mueller), et in Java (Jungh., ster.), nec non in Philippinensium insula Luzon (Dr. Wallis, ster.). — Unum alterumve specimen sterile forte ad var. *Croniam* pertinet.

— —  $\zeta$  *tenuior*; *Coccocarpia tenuior* Nyl. ap. Krphl. in Lich. Glaz. p. 7; *Parmelia livido-rufa* Mey. et Flot. in Act. Acad. Leopold. XIX Suppl. 1 p. 222. Omnia ut in var. *isidiophylla*, sed laciniae parvae v. parvulae, crenatae et incisae, magis quam in illa tenues, i. e. magis membranaceae (sere semper steriles); apothecia demum nigricantia. — Prope Rio de Janeiro (Meyen in hb. berol., Glaziou n. 2026); in Paraguay (Balansa); in Guyana gallica (a cel. Duby commun.), ad Caracas (Dr. Ernst n. 31), in insula Mauritius (Robillard), et in Ceylonia (Nietner).

— —  $\eta$  *semiincisa* Müll. Arg. Thalli laciniae firmae, latiusculae, sed angustiores quam in var.  $\alpha$ , breviuscule radiatim incisae, laevigatae, haud isidiophorae; apothecia fusco-nigra. — In Philippinis (Llanos n. 18 et 23, et Dr. Wallis), in Australia merid. (F. v. Mueller), et in insula Cuba (C. Wright n. 104.) — Medium tenet inter *a* *parmelioidem* et v. *incisam*.

— —  $\theta$  *genuina*; *Parmelia pellita* Ach. Lich. Univ. p. 468, Sw. Lich. Amer. p. 7, t. VI, fig. A. Thalli laciniae modice angustae, nunc discretae, nunc magis approximatae, circ. 4 mm. latae, pinnatifido-incisae, haud isidiosae, laeves, hypothallo valde evoluto et prominente pannoso-subciliatae; apothecia atro-fusca. Ad truncos mucosos in Jamaica (Sw.), in Surinamia (ex hb. Hamp.), et prope Rio de Janeiro (Glaziou n. 993, laciniis densioribus, caeterum congrua).

— —  $\iota$  *incisa*; *Coccocarpia incisa* Pers. l. c.; *C. molybdaea* v. *incisa* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 22. Thallus firmus, laciniae profunde radiatim incisae, ambitu angustiores quam in praecedentibus, centro isidiophorus; apothecia badio-fusca. —

In Guyana gallica (Leprieur) et in insula Java (Junghuhn).

Hujus f. *palumbinea* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 22 nonnisi thallo violacee tincto distinguitur et in Nova Caledonia crescit. Tales formae etiam inter alias varietates non raro occurrunt.

— —  $\alpha$  *erythrocardia* Müll. Arg. Thalli laciniae irregulares, parvae, radiatim incisae ut in var. *incisa*, centro plus minusve isidiophorae, intus ferrugineo-rubellae; apothecia fusca v. fulvo-fusca. — In insula Cuba (C. Wright n. 107 sub *Coccocarpia parmelioides* v. *erythrocardia* Tuck.).

— —  $\lambda$  *granulosa* Müll. Arg. Thalli firmi laciniae angustae, confertae, radiatim profunde incisae, laeves, centro sat copiose minute granoso-lobulatae (non isidiosae); hypothallus copiose evolutus et saepius distincte ultra margines loborum pannoso-productus; apothecia fusco-atra. — Proxima var. *incisae*. — In Brasilia meridionali prope Apiahy (Puiggari n. 244) et in Nova Granata prope Bogotam alt. 2700 metr. (Lindig n. 2538, sc. *Coccocarpia molybdaea* v. *incisa* Nyl. in Triana Prodr. Nov. Gran. p. 27).

(Fortsetzung folgt.)

### Anzeige.

Soeben erschien im Verlage von **Eduard Trewendt**, in Breslau der **zweite** Band von

## Handbuch der Botanik

herausgegeben von

**Prof. Dr. A. Schenk.**

Unter Mitwirkung von

Prof. Dr. **Ferd. Cohn**, Prof. Dr. **Detmer**, Prof. Dr. **Drude**, Dr. **Falkenberg**, Prof. Dr. **A. B. Frank**, Prof. Dr. **Göbel**, Prof. Dr. **Haberlandt**, Dr. **Hermann Müller**, Prof. Dr. **Pfitzer**, Prof. Dr. **Sadebeck**, Dr. **W. Zopf**.

Inhalt: Detmer, Pflanzenphysiologie I. — Falkenberg, Die Algen im weitesten Sinne. — Göbel, Die Muscineen. — Pfitzer, Bacillariaceen. — Detmer, Pflanzenphysiologie II. — Haberlandt, Die physiologischen Leistungen der Pflanzengewebe. — Register der Holzschnitte. — Namen und Sachregister.

Lex. 8. 45 Bogen. Mit 96 Holzschnitten.

Preis brosch. 18 Mark, eleg. Hlfrzb. 20 Mk. 40 Pf.

Der erste Band kostet 20 Mk. brosch., 22 Mk. 40 Pf. gebd. Der dritte (Schluss-) Band erscheint in Jahresfrist. Jeder Band ist einzeln verkäuflich.

Zu beziehen durch alle Buchhandlungen.

Redacteur: **Dr. Singer**. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (**F. Huber**) in Regensburg.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: [65](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 316-322](#)